

DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

HISTORIÆ UTILITATE

ET CUM ALIIS DOCTRINIS NEXU,

QUAM,

EX RECTORIS MAGNIFICI VAN REES,

ET SENATUS ACADEMICI AUCTORITATE,

PRÆVIO FACULTATIS PHILOSOPHIÆ DECRETO,

PRO OBTINENDO DOCTORIS

IN PHILOSOPHIA ET LITTERIS

IN UNIVERSITATE LEODIENSI GRADU,

PUBLICO EXAMINI SUBMITTET,

*Die 16 Octobris, 1826, hora meridiana,*

Auctor

PHILIPPUS DEROTE, HISTORIÆ UNIVERSALIS, IN ATHENÆO LUCILIBURGENSE,

PROFESSOR.



LEODII,

Typis H. LIGNAC, VIA VULGO DICTA SOUVERAIN-PONT.

MDCCCXXVI.



---

Le *Specimen* sera soumis à la censure de la faculté , afin de s'assurer qu'il ne s'y trouve rien de contraire à la tranquillité publique et aux bonnes mœurs ; chacun étant , du reste , libre de présenter au public les résultats de ses opinions , sans que , pour cela , ils puissent être considérés comme ceux de la Faculté ou de l'Université.

*Art. 56 du règlement.*

---

**DISSERTATIO**  
**DE**  
**HISTORIÆ UTILITATE**  
**ET**  
**CUM ALIIS DOCTRINIS NEXU.**

---

**H**omo simul atque mentem ad serias res admovere et acriter intendere incipit, omnium quibus afficitur causas eruere conatur, doctrinæque cupidus, naturæ rerum cognoscendæ, operam diligentissime navat.

Ea est, nempe, plerarumque scientiarum origo, et si non nullæ sunt quas vitæ omnino necessarias inopia creaverit, huic tamen investigationis studio scientiæ præstantissimæ, nostrisque lucubrationibus maxime dignæ, procul dubio, tribuendæ sunt.

Cum, altera parte, ad mundum physicum, altera, ad civilitatem civilem homo pertineat, attentionem versus res externas, versus se ipsum cæterosque versus homines necessario convertit.

Physicis attendit, sicque scientiæ naturales oriuntur, quæ nihil aliud sunt, quam facta naturalia in systematis formam composita.

Propriæ naturæ studet, quid ipse sit diligentissime inquirat, cogitationis leges in examen vocat, et inde philosophia nascitur. Denique, suam cum hominibus, nec non hominum cæterorum inter se rationem observat, eoque politicæ historicæque doctrinæ exsurgunt.

Hic est enim historiæ cum aliis disciplinis nexus, ut, cum potissimum factis historia attendat, omnes scientiæ factis similiter innitantur.

Imprimis historia philosophiaque inter se quam conjunctissime cohærent. Utraque uni eidemque rei studet, videlicet homini. Præclara sane scientia quæ, speciali ratione, id quod in natura præstantissimum est, contemplatur, cuique, cum innumeras ex se natas disciplinas amplectetur, nullæ, nisi quæ humani intellectus sunt, fines adscribuntur!

Ut philosophia hominem *individuum* spectat, sic consociatis historia studet. Altera animi leges, altera harum legum in humanas actiones efficientiam et vim docet, ita ut historia, philosophia in actum deducta vocari queat.

Hominum leges, instituta, mores cum eorundem tum physica tum morali constitutione in intima relatione versari, haud negari potest. Hac igitur constitutione nota, iis necessario attendimus quæ ex ea oriuntur; factaque historica, si philosophiam spectes, eadem sese habent ratione ac experimenta, si physicas spectes scientias.

Philosophiam factis inniti diximus. Operæ pretium est monere; hoc loco de factis internis, non vero de iis quæ externæ sunt experientiæ agi. Factis internis homo se esse sibi conscius fit, ita ut se ipsum percipiat absque rerum exter-

narum actione (1), res externas, tanquam a se diversas, discernat easdeinque inter se distinguat.

Triplici huic facto (*factum conscientiae* vocant) omnis superstructa stat philosophia. Philosophia igitur mentis nostrae factorum historia est, ambæque sua natura doctrinae consociantur :

Alterius sic

Altera poscit opem res et conjurat amice (2).

Hominem necessario, de societatis in qua natus est statu, de populorum indole, legibus, institutis inquirere debere, non est cur probemus. Aliquis autem jure quærere posset, an idem de historia antiqua valeat? Sed illud quod supra nominavimus discendi cognoscendique studium, nos ad id impellit, ut causas, quibus gentes in statum in quo nunc versantur evertæ sunt, sedulo investigemus.

Cognita præsentis populorum conditione, animus, res e fonte repetens, (3) antiqua revolvit, migrationesque et imperiorum conversiones attente contemplatur; historiaque potest haberi tanquam hujus quæstionis, quam maximi esse momenti nemo negabit, enodatio, scilicet: Quo modo constitutus est ordo cujus nunc testes evadimus?

Historici igitur munus et secula et loca omnia complectitur. Veritatis sacerdos, in remotissima antiquitate lumen præferre, et simul omnia quæ, præsentis tempestate, notatu digna videntur, describere lucideque ordinare conatur. Quid, sine

(1) Repræsentatio res esse puri. Conf. ideologia.

(2) Hor.

(3) *Lex causalitatis*. Conferatur ideologia.

eo, de præclarissimis hominum gestis ageretur? Scilicet, pretiosum veluti semen, quod in sterili humo spargitur, interirent. Ejus ope, reascuntur præterita, fixa præsentium memoria servatur, futurique temporis prospiciuntur exitus. Historia vetat ne sepulta virtus celata jaceat, heroasque ab oblivionis injuria asserit.

Fuere fortes ante Agamemnona  
Plures; sed omnes illacrimabiles  
Urgentur, ignotique longa  
Nocte; carent quia vate sacro (1).

Historia egregiorum nomina immortalitati commendans, virtutis semina ad bonam frugem perducit, omnesque exemplis docet, hortatur, incitat, sempiternam gloriam ostendens.

Quænam amplior et præstantior excolendi ingenii materia offerretur? Primam gentium ætatem earumque incrementa, scientiarum et artium originem, quid ratio, quid ira fecerit, omnia nimirum historia complectitur, et, ut præclare Tullius, *testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuncia vetustatis*, potest definiri (2).

Historiam, vitæ humanæ, rerum publicarum notitiæ, omnigenis denique disciplinis intime conjungi, modo fiet perspicuum; jam vero, eandem a facultatum nostrarum usu seperari non posse, hominemque, quin ipse velit, propriæ vitæ historicum evadere, asserimus.

In primariis scilicet animi legibus (3), historiæ reperitur

(1) Hor. od.

(2) Cic. de orat., lib. II.

(3) Præcipue in facultate representandi, ut dicunt, *reproductiva conf. ideologia*.

origo. Cum ira vel odio concili fuimus, cum amicitiae officia praestitimus, cum in discrimen aliquod adducti sumus, diversi hinc modi memoriae infixi remanent et pars nostri, ut ita dicam, evadunt. Quoties actione desistimus, toties omnia, quibus olim moti fuimus, repetimus.

Historia igitur ita naturae videtur accommodata, ut in ea fere semper, et quidem praeter voluntatem, versemur. De privata cujuscunque historia hic tantummodo agi clarum est; ad privatam vero cujuscunque historiam necessario referuntur et eorum quibuscum versatus fuerit gesta, et facta publica quorum testis evaserit, nec non omnia quae notare, memoriae que mandare debuerit, de perlustratarum regionum natura, de gentium industria, moribus, indole, consuetudinibus, legibus, institutis.

Jam inde fit ut ea, quae, nostrae veluti adnexa experientiae, offert historia mirum in modum extendantur. Naturae vero humanae praestantia, seculorum intervallum transgressi, omnium hominum aequavi, omnium locorum cives evadimus. Inclytis virtutibus viris secunda votis exposcimus; eorum nos laeta oblectat fortuna, adversa pungit. Sic nulla nimirum vacua inanisque hora labitur et simulac eventibus individuis caremus, ad praeterita revehimur, et, ut ita dicam, Aristidis, Socratis, Leonidae aliorumque quorum honos semper nomenque manebunt, vita fruimur.

Quis scilicet, (nisi omnino pulchri sensu careat) nos iis quae olim fuere maxime moveri non fatebitur? Ea mentis nostrae nativa propensio in pueritia et in senectute admodum fit conspicua, et vix quidem aliquantisper imminuitur, cum vim nostram in agendo diffundimus.



Quis neget historia nos admodum delectari , historicaque studia nobis veluti innata inesse ? Si primam hominis ætatem spectes , quid , tum temporis , eum maxime delectat , movet , devincit ? Si confectum annis , quid suavius permulcet ? Historia grata puero , cum , cæcus adhuc , in vitium virtutemve exemplis flectitur ; grata viro , cui studiorum , meditationum , lucubrationum materiam præbet ; senili grata prudentiæ quæ præsentem dolorem , meliorum temporum recordatione , fugit , oculosque a futuris reflectens , præteritis indulget , et mente alterius ætatis facta revocat .

Non idcirco mirandum est , si græci , omnium artium amantes , Herodoti narrationibus permulsi , novem libros , insigni laude , musarum nominibus exornaverint .

Quod si vero homo facultatibus uti nequeat , quin animum versus historica argumenta convertat , historia maximi etiam momenti , certam propter utilitatem quæ ex ea enascitur , in publicis studiis , habenda est .

Si ejus cum doctrinis politicis cognationem spectaveris , multa offèret haud spernenda :

« C'est un art profond , inquit eximius scriptor , que d'étudier » l'histoire sous ce grand point de vue , et si , comme il est » vrai , l'utilité qui peut en résulter est du genre le plus vaste . » l'art qui la procure est du genre les plus élevé .

« L'histoire prise dans son universalité est un immense re- » cueil d'expériences morales et sociales que le genre humain » fait involontairement et très dispendieusement sur lui-même ; » dans lesquelles chaque peuple offrant des combinaisons va- » riées d'événemens , de passions , de causes et d'effets , dé- » veloppe aux yeux de l'observateur attentif les ressorts et

» tout le mécanisme de la nature humaine , de manière à ce  
 » qu'il lui soit possible d'établir une théorie générale de l'art  
 » de composer ces machines morales et de poser des principes  
 » fixes et déterminés de législation d'économie politique et de  
 » gouvernement. » (1)

Si quis historiae , scientiis politicis consociatae utilitatem negare vellet , huic nempe defendendum esset , ante civilis communitatis , artium scientiarumque originem , homines ita peritos fuisse , ut bonas leges , tum de civilis causis tum de capitalibus ferrent ; ut omnia rite domi militiaeque ordinarent , ut , ab externa aggressionem praecaverent , cum vicinis amicitiae stabilitatem confirmarent , ut studia publica justo ordine instituerent , ut civium jura sancirent , ut seditiones sedarent , urbesque ab omni commotione omnique tumultu defenderent ; quid multa ? ut omnem rem publicam quam convenientissime componerent. Absurdum id quidem insulsumque , nec operae foret pretium , si argumentis rationibus que hoc loco uteremur.

In qualicumque genere , prima specimina manca quidem fuere. Quod si vero omnigenae doctrinae ad tantum perfectionis gradum evehctae sunt , id quidem pedetentim factum est , cum quaelibet aetas , rebus jam in melius conversis , nova insuper reperiret. Cognitis majorum erroribus , eos superavimus. Comparatione enim valdopere perficimur ; qua scilicet ingenium acuitur , intelligendi prudentia augetur , vis judicandi confirmatur. Pueri , quia comparatione uti nequeunt , saepissime per errorem labuntur , et , ut praecclare admonuit Tullius , *nescire quid antea quam natus sis acciderit , id est semper esse puerum.* (2)

(1) *Folney*. Leçons d'histoire.

(2) Cicero , orat. 120.

Quanta præclare docet historia ! Pariter nempe agriculturæ favere et commercio ; rem ærariam rite constituere ; non extra modum imperii fines protendere , ne , vel mole sua , vel exterorum viribus , obruatur. Historia tyrannos conterret , sævas cruentasque ob oculos ponens rerum conversiones , quibus quam sæpissime e vita agessi sunt ; populorum oppressoribus scelerum quidem consortes participesque esse posse , amicos vero nullos , denique libertatis ereptores iniquosque dominatores , stimulis cruciatos conscientiæ , serius ocius ab omnibus , qualibet ætate , destitutos fuisse , monet : Omnigenis favens doctrinis , gentem indoctam et in omni re rudem et ignoram facillime seditionibus conturbari probat , quæ a viris decepta subdolis imperiique cupidis nihil brevi tempore intactum nefasti relinquit.

Historia legislatorum magistra. Hi enim , systemata , ea duce , adornantes , hominum moribus , industriæ , erroribus , numero attendunt ; et regionis cœlum , et terræ foetus et incolarum commercia observant , haud neglecto cultus perfectionisque gradu , quoniam non eadem leges viris conveniunt feris agrestibusque et populo jam ad humanum cultum civilemque deducto.

Si antiqua imperia justa ratione examinaveris , recentiorum prudentius judicabis instituta. Sæpissime autem historici vituperio digna laudibus extollunt , sicque factum est ut Gallorum orator spartanas leges , tanquam exemplar imitandas , proponeret. (1) Omnes eximie monet sæculorum sapientia , præcipue reges. « Quand l'histoire , inquit Bossuet , serait inutile aux autres hommes , il faudrait la faire lire aux princes. Il n'y a

(1) Lepelletier. Discours prononcé à la convention nationale.

» pas de meilleur moyen de leur découvrir ce que peuvent les  
 » passions et les intérêts , les tems et les conjonctures , les bons  
 » et les mauvais conseils. Si l'expérience leur est nécessaire  
 » pour acquérir cette prudence qui fait bien régner , il n'est  
 » rien de plus utile à leur instruction que de joindre aux exem-  
 » ples des siècles passés les expériences qu'ils font tous les  
 » jours. Au lieu qu'ordinairement il n'apprennent qu'aux dépens  
 » de leurs sujets et de leur propre gloire à juger les affaires  
 » dangereuses qui leur arrivent , par le secours de l'histoire  
 » ils forment leur jugement sans rien hasarder sur les événe-  
 » mens passés. Lorsqu'ils voient jusqu'aux vices les plus cachés  
 » des princes , malgré les fausses louanges qu'on leur donne  
 » pendant leur vie , exposés aux yeux de tous les hommes , ils  
 » ont honte de la vaine joie que leur cause la flatterie et ils  
 » connaissent que la vraie gloire ne peut s'accorder qu'avec  
 » le mérite. » (1)

De gloria novissime diximus : hoc loco notandum est , gloriam ab historia datam magnum virtutis esse incitamentum , hominesque , desiderio scilicet consequendi laudem , intaminatoque fulgendi honore , sæculum , ingratis majores civibus , spemque duntaxat captantes futuræ mercedis , exsuperare. Vir immortalitatis amans nequaquam injustis retardatur insectationibus , nec suam sortem miseratus , posteritatis judicia expectat. A civili communitate repulsus , sua se virtute involvit ; mentem recti consciam secum ferens , publicos contemptus repellit , vitamque agens segregem , magno tamen et forti delectatur animo.

Historia nostra contemplatione , hoc etiam respectu , procul dubio , digna. Omnibus enim præclaris sublimibusque factis pos-

(1) *Bossuet* , discours sur l'histoire universelle.

teritatis conjungitur sensus , et , ut eximie prædicavit historico-  
rum princeps : *Contempta fama , virtutes contemuntur.* (1)

Historia , scelerum ultrix , dulcissimam virtuti mercedem parat. Haud secus ac celeberrimum illud Ægyptiorum tribunal , cui jus compete-  
bat regum similiter humiliumque acta , post mor-  
tem , perpendendi , judicia a gratia , simultate , odio rescindit. Frustra tyranni scelerum instrumenta summis decorant hono-  
ribus , virosque fortes acriter persequuntur , qui eorum adver-  
sari consiliis audent. Perversis nempe historia stigmata laurit ;  
ac tametsi Philippus , Hispaniæ rex , nomine secundus , prin-  
cipis sanguinem addicens , cujus ex nostro animo nunquam  
sanctissima discidet memoria , nobilitatem percussori promise-  
rit , historia infamiam tyranno homicidæ , interfectoribusque  
mercede conductis intulit , illustrissimoque viro haud peritu-  
rum decus addidit , quem odium et fanaticus furor et immo-  
derata imperii cupido , devotam libertati victimam , mactare  
concupiverant.

Historia vero non solummodo injustos terret , proborumque  
animum erigit , eorum acta hominum mandans memoriæ ; in  
omnem populum magna ejus vis est , patriæ scilicet studium  
(*esprit public*) vel procreantis vel acuentis.

Si quædam regio nobis præter omnes arrideat , si hanc  
singulari quasi charitate diligamus , id non ab eo solum pen-  
det quod in illa nati fuerimus ; præteritorum recordatione  
crescit amor patriæ , ac quod tanta ejus apud Græcos vis  
fuit , id , procul dubio , eximiis majorum factis tribuendum est ,  
qui semper omni ope atque opera conati fuerant ut sacram ser-  
varent libertatem.

(1) Tacitus.

Liberis tantum gentibus patria, liberis tantum gentibus vera historia est. Populus enim inglorius atque ignobilis abjectionem haud in lucem proferre, sed eam potius ab omnium oculis avertere studet, ac nemo de regione vel inquirere vellet, in qua tantummodo servitutis monumenta reperirentur.

Historia imprimis itaque, apud antiquas gentes, patriæ fovebat amorem. Quantum autem, hoc respectu, ejusdem sit momentum judicare poterimus, si perpendamus, in hac voce, videlicet patria, virtutem quodam modo (ut ait Lucianus) fuisse, vires et animum segnioribus addentem. Populus ingenuus et liber gentis gloriam in dies augere et ab omni dedecore intaminatam servare gestit; eximiaque majorum facta in ejus corde honestæ provocant æmulationis studium.

Populum historia insignem nil potest a proposito deterrere, qui quasi exardescit pristinam virtutem in mentem revocans, jamque omnia adire pericula, omnes tolerare labores expetit, ut se origine dignum præstet.

Id sensit eximius Græcorum orator, sæpeque his usus est artibus, quas nimirum historia suppeditabat, ut cives, quo vellet, impelleret.

Cum ab Æschine, de clade apud Choroneam, insimularetur, humanam prudentiam hanc neque providere neque avertere valuisse, demonstrat; quod si vero futura prospici potuissent, non tamen deneganda fuisse subsidia a Thebanis implorata, ut Græciæ libertatem defenderent.

Historiæ nimirum ope, sententiam hominibus virtutisque amicam confirmat, Atheniensiumque animos erigit, posterorum judicia futuraque historiæ decreta ab oculos ponens:

*Τίς γὰρ οὐκ εἶδεν Ἑλλήνων, τίς δὲ βαρβαρῶν, ὅτι καὶ παρὰ Θεβαίων, καὶ παρὰ τῶν ἐτι τοῦτων πρῶτον ἰσχυρῶν γεγενημένων Λακεδαιμονίων, καὶ παρ'*

αὐτοῦ τοῦ Περσῶν βασιλέως, μετὰ πολλῆς χάριτος τοῦτ' ἂν ἀσμενῶς ἐδόθη τῇ πόλει, ὅ τι βουλευτὰ λαβούσῃ καὶ τὰ ἑαυτῆς ἔχουσῃ, τὸ κείνο μὲν ποιῆναι, καὶ ἐὰν ἕτερον τῶν Ἑλλήνων προεστάναι; Ἀλλ' οὐκ ἦν ταυτ', ὡς ἔσκε, τοῖς Ἀθηναίοις τοῖς τότε πατρίᾳ, οὐδ' ἀνεκτὰ, οὐδ' ἐμφυτὰ, οὐδ' ἠδυνήθητι ποῦποτε ἔτι, πῶλον οὐδεὶς ἐκ πάντος τοῦ χρόνου πείσῃ τοῖς ἰσχυροῖσι μὲν, μὴ δίκαια δὲ πράττουσι, προσθεμένην ἀσφαλῶς δουλεῖν, ἀλλ' ἀγωνιζομένη περὶ πρῶτων καὶ τιμῆς καὶ δοξῆς καὶ κινδυνεύουσα πάντα τὸν αἰῶνα διατετελεκε..... Οὐ γὰρ ἐξήτουν οἱ τότε Ἀθηναῖοι οὔτε ῥητορὰ οὔτε στρατηγόν, δι' ὅτι δουλευσάσθαι εὐτυχῶς, ἀλλ' οὐδὲ ζῆν ἤξιον, εἰ μὴ μετ' ἐλευθερίας αὐταῖς ἐξέσται τούτο ποιῆναι. Ἦγειτο γὰρ αὐτῶν ἕκαστος, οὐχὶ τῇ πατρίᾳ καὶ τῇ μητρὶ μόνον γεγενῆσθαι, ἀλλὰ καὶ τῇ πατρίδι.

....Ἀλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμαρτετε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοῦ ὑπερ-  
της ἀπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κινδύνου ἀραμένοι, οὐ μὰ τῆς ἐν Μα-  
ραθῶνι προσκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τῆς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμέ-  
νης, καὶ τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχησαντας, καὶ τῆς ἐπ' Ἄρτεμισον καὶ πολλῆς  
ἕτερας τῆς ἐν ταῖς δημοσίαις μνημασί κείμενης ἀγαθῆς ἀνδρῶν, οὓς ἀπάντας  
ὁμοίως ἡ πόλις τῆς αὐτῆς ἀξιώσατα τιμῆς εἶδαφεν (1).

Quantum inclytis hisce nominibus audientium animos mo-  
veri necesse fuit! Semper Demosthenes historia solerter usus  
est, sicque cives moderatus est, maximosque adeptus honores,  
coronam, decorum et insigne eloquentiæ præmium, reportavit.

Si historia oratoribus scriptoribusve necessaria est qui in  
rebus publicis versantur, eadem ab iis similiter desideratur  
qui, dulces colentes musas, vitæ muneribus, procul negotiis  
fruantur, ingeniumque bonis artibus et doctrina expolire  
avent. Plurimæ nimirum opiniones vicissim acceptæ repudiata  
et de novo probata sunt; historia intempestivæ mutationis  
periculum submovet, scopulorumque illustrat iter, haud secus  
ac turres illæ, quarum is est usus, ut nocturno navium cursui  
ignes ostendant.

(1) DEMOSTH., orat. pro corona.

Inclytum ducem stragibus ad victoriam institutum comparatumque fuisse prædicavit aliquis : non alieno loco erit monere viam nobis similiter majorum erroribus esse patefactam ; namque ( ut præclare Baco ) semper incerta et fortuita sunt quæ exemplis , rerumque memoriæ non superstruuntur.

Scientiarum historia systematum idearumque quibus conflantur originem docet ; veritatisque quasi filo regens vestigia , nostro examini statim ab initio rerum subjicit principia. Denique ostendit quoniam antiquorum præjudicatorum in recentiorum opiniones vis fuerit , scientiæque limites accurate definiens , nos , ut eas ulterius protendamus , incitat hortaturque , sicque perpetuo doctrinarum auget opes.

De historiæ nexu cum notitia rerum publicarum , cum scientia morum , cum patriæ studio , deinceps cum artibus diversisque disciplinis , ex ordine , egimus. Jam vero de utilitatis genere vario multiplicique , quod raro quidem , licet eo fere fruuntur omnes , ut d. ceret , æstimatur , scilicet de historiæ cum litteris cognatione , est dicendum.

Inter homines qui artes colunt liberales , nemo est quin sæpius animadverterit , quantus sit usus historiæ , tum in poesi , tum in oratoribus cæterisque scriptoribus. Ingens quasi liber est e quo facta eruuntur , quibus superstruitur argumentatio , exempla que quibus effata vel illuminari vel confirmari possunt.

In ea , indoles quas depingat , et acta quæ canat , et motus , quibus lectoris concitet animum , poeta reperit. Quod si vero nobis gentium monumenta occlusa et veluti obserata fuerint , frustra ille antiqua memoraverit ; dubiam tantummodo rerum notionem consequemur , pulcherrimaque artis et eloquentiæ specimina incuriosi audiemus.



Poetæ, fabulatoresque illi, qui in diversis mentis humanæ perturbationibus depingendis versantur, vulgo, historia usi, lectorem *in medias res non secus ac notas rapiunt*, sicque proœmii fastidia declinant (1).

In dramatico præcipue genere historiæ apparent commoda. Cum jam nobis mores, cogitata, consuetudines ætatis alicujus cognita sunt; cum menti occurrunt ea, quæ tum gratia et auctoritate plurimum valebant, nihil nos in poeta fugit: non in exera regione peregrinamur, sed patriam (sit venia verbo) terram calcamus: quodlibet verbum intelligimus, percipimus, lætamque vel adversam personarum fortunam nostram habemus.

Quot et quanta illiteratum latent! Sæpius tanquam inanem sonum voces, quæ historia edoctum abripiunt, audit: Tempora, mores, usus permiscet. In errores ridendos turpissimosque delabitur; existimat de rebus et hominibus falsissima; omniaque nostris legibus nostris consuetudinibus metitur.

Ut poesis pictura. Ex historia ambæ hauriunt argumenta, quibus arte nitor et decus adduntur.

Cuique patet pulchrum (το καλον) haud æque omnibus esse perspicuum. Naturæ delicatæ, exquisitæ, acutæ, morum et intelligentiæ usu expolitæ, jungatur necesse est doctrinæ auctoritas. Reipsa, ut res vehementer nos afficiat, necesse est ut mens omnia adjuncta ad movendam maxime idonea, uno eodemque momento, complectatur. Coitione videlicet harum perceptionum in *unam* veluti *representationem* coalitarum, et (ut verbo philosophico, in re philosophica, utar) ad *conscientiæ unitatem* junctarum (2).

(1) Ut rem exemplis illustremus, hic celeberrimi Walter-Scott opera laudare lubet. Conferantur, v. c., Richard en Palestine, Ivanhoe, Quentín-Darward.

(2) Conferatur logica.

existit sensus quo esferimur. Immoti frigidique manemus, si nos adjuncta hæc, modo nominata, ignaros fugiant, Frustra quidem seriori ostenderentur indicio; cum pedetentim et per vices accederent, nequaquam perturbaremur.

In pinacothecam inducite virum historicarum notionum expertem: mirari poterit imitationis veritatem, figurarum elegantiam, colorum venustatem; id vero, quod in tabula maxime fuisset mirandum, actio nimirum dramatica, pictoris arte subjecta oculis, rudem inexpertumque semper latebit æstimatorem.

Qui nempe, in extremo Andromaches et Hectoris colloquio, cujus a poetarum præstantissimo eximius pictor argumentum usurpavit, cernet quidem bellatorem, feminam, infantem; inquiretque eorum animi motus: nos vero, adjuvantibus acquisitis notionibus, magicis veluti præstigiis abrepti, miserando aderimus discessui; cum Andromache *Δακρυσεν γελασαση*, (1) dulcissimis indulgebimus lacrymis; memoresque laudis, magnanimitatis Trojani viri, fati manentis eum, hectoræque in puerum morte funesta occasurum charitatis, misericordia simul admirationeque conturbabimur, virtutemque fato damnatam, pii dolebimus.

Egregiarum certe exquisitarumque voluptatum perennis fons historia. Potentis et flexanimæ veluti eloquentiæ tumulis ruinisque munera largitur. Historia altissimas illas suscitât meditationes, quibus, vanis inanibusque vulgi consiliis longe remoti, omnia tempora, omnesque gentes uno complectimur intuitu, et ingentia universi orbis spectacula contemplamur.

(1) Ὡς εἶπων ἀλοχὰς φίλης ἐν χερσὶν ἐθήκει  
 Παιδ' ἐόν ἢ δ' ἄρα μιν κηιδεὶ θεῖατο κόλπῳ,  
 Δακρυσεν γελασατα. (Hom. II, VI.)

Ejus ope egenis, quantuli pretii nobis essent vetera ista monumenta quibus, ut sacrosanctis, ætas pepercit antiquioris ævi gloriam suscitatura? Segnes, inutilia tanquam rudera Italiæ Græciæque haberemus ruinas, motibusque generosis inaccessi, heroum cineres frigidi conculcaremus. Historia autem vigent virtutis isti testes et, quasi mirifice animati, solemni animam efflerunt eloquio. In nobis ruinæ sensum sublimem et indefinitum exciunt, earumque insignem, reverentes sancteque silentes, contemplamur majestatem.

Hæc nimirum est vis recordationum, ut aptissimæ partium proportionales et congruentiæ, ut perfectissima expolitissimaque opera oculos tantum permulcere possent, cum monumentamentem, ut ita dicam, et cogitationem ipsam alloquantur.

Cum varia historiæ quolibet modo illustratæ, commoda cernimus, satis mirari non possumus, homines fuisse sagaces, qui de ejus utilitate ambigerent, imo, qui eam dolosis evertere argumentis conarentur. Quæ ignorat, manca inanisque spernat scientia; id ejus parit infirmitas: quod si vero scriptor præstantissimus styli aciem pluribus jam historicis operibus exercitam contra historiam ipsam acuerit, in ea re videlicet repugnantia quædam apparet, cujus tamen mente ingenioque valentes exempla sæpius præbuerunt.

Id præcipue de scriptore dictum volo qui, tempestate excelsis veritatibus inauditisque similiter paradoxis incluta, ad munus quoddam, in normali ludo, rogatus accessit. Rationes quibus utitur referre lubet, quod operis expostulat auctoritas, et si omnia, quæ nostris adversantur placitis, refellere, argumento sit alienum.

« Plus j'ai analysé, dit Volney, l'influence journalière qu'exerce l'histoire sur les actions des hommes, plus je me suis convaincu

» qu'elle était une des sources les plus fécondes de leurs pré-  
 » jugés et de leurs erreurs (1). »

Historiam, omni errore omnique vitio semper puram esse, nec unquam in malos usus posse converti, qualescunque sint præterea historici indoles et doctrina, haud quidem defenderemus : quod si vero aliquis illam prohibitam vellet, his nixus rationibus, quia, scilicet, errores gignere potest, haud secus ac Spartanus legislator ageret, qui artibus disciplinisque Laconiae hospitia denegabat, ut sic vitia arceret quæ ex iis aliquando defluunt. Absque historia, nulla foret præjudicatorum propagatio ; similiter vero interiret infossa et veluti tumulata veritas, ignarique, vano falsarum notitiarum timore, in perenni torpesceremus barbarie. Scimus eundem auctorem asseruisse, nos iis tantummodo rectis justisque notionibus uti, quas nempe propria suppeditavit experientia ; hujus autem paradoxo tam ardua videtur defensio, ut id nequaquam veram auctoris sententiam habeamus, sed compositionis potius figmentum præcipitis, quod labilis et fluxus quidam sentiendi modus genuerit.

Si omnes quas tenemus veritates singulorum tribuas experientiae, nos, proprio Marte, rerum causas investigasse contemptaque virorum et doctrinae copia et ingenii acumine insignium prudentia, physica facta rite observata in systematis formam redigisse, defendas necesse est !

Objicitur adhuc historiam, cæca inanique laudis libidine, bellatores non raro extulisse, sicque, in hominum perniciem, lethalem scelerum extitisse fontem. Alexandri porro memoratur exemplum qui, ut Achillem, a quo genus ducere credebat, imitaretur,

(1) Conferatur Volney, *Leçons d'Histoire*.

bellicis indulgebat furoribus (1); necnon Caroli XII, Sueciæ regis, cujus animum Macedonis gloria, mirum in modum, accenderat. An vero historiæ, an perverso ejusdem impioque usui, hæcæ aliaque ejusdem generis sunt adscribenda? Nihil est scilicet, tam sacrum, tam augustum, tam utile, tam humanis accommodatum necessitatibus, quod in malas partes contorqueri nequeat. Appetunt reges triumphorum palmas, quia stupet triumphis stolidum et mobile vulgus, historicique digni, procul dubio, essent qui omnium gratia, de humanitate optime meriti, remunerarentur, si ita regerent animos, ut soli virtuti admiratio honosque concederentur.

Historiam non semper adeo justitia et æquitate decoram fuisse fatemur. Nonnumquam enim vel suis inserviens commodis, vel fallaci quodam illusa splendore, tyrannos alienis in oris hostiles exercentes rapinas insigni extulit laude, immemor nempe, gentium prædatores igniferis micare fulgoribus, nec furentibus esse absimiles incendiis, quæ rapidam, collectis flammis, pestem diffundentia, et magno sese sono ferentia, tecta segetesque vorant.

In historiam autem ne historicorum culpas derivemus. Adulationis illud genus, de quo modo diximus, sæpe cernitur; id porro fugientes, in vitium scriptores deducuntur æque timendum, si quidem eo, pari errore, a recta non raro deflectuntur sententia. Quod vitium est eorum qui, ad censuram semper vergentes, de qualibet re statuunt secus ac statuerunt cæteri, omnes viros laude honoribusque decoratos deprimunt, denique, quidquid, vel remotissimis temporibus, actum est ad recentiorum leges, instituta, normas referunt, acrique prosequuntur vituperio omnia quæ de propriis moribus, propriaque

(1) Conferatur Curtius.

indole declinant. Sic præstantissimus scriptor Caroli Magni gloriam obscurare, laudesque deterere conatus est.

Virorum tamen in priscis annalibus inclytorum quis intimam cogitationem *internumque*, ut ita dicam, *forum* poterit cognoscere? Quod si vero non id valemus assequi, quomodo iudicium facimus de actionum consultorumque moralium ratione? Nonne a reprehensione absunt facta quæ bona, justa, honesta ab auctoribus consebantur.

Quid de nobis ageretur si non satis esset conscientiæ, assidui illius testis, exaudire vocem; si semper hominum opinio in consilium præterea foret adhibenda? Neglecto brevi interno consultore, ducibusque veris falsive vulgi præjudicatis, mobilem usque civium gratiam aucuparemur popularemque avidi captaremus auram: acta quidem sive utilia sive noxia esse possent; ipsi vero, neque boni neque perversi, abjecta alienæ voluntatis instrumenta evaderemus.

Quid multa? Præclara hæcce ingenia quæ apud majores inclaruere, cogitationibus quæ, tum temporis, valebant, fuerant imbuti, et sæculi, ut ita dicam, induerant formam.

In describendis itaque gentium factis, temporum servemus veritatem, cæcæque admiratione et injusto pariter contemptu vacui, eventuum perpendamus causas et de hominibus inconsultane feramus iudicia.

Quos prætervectus scopulos, posterorum suffragiorum studiosissimus, nec stupebit ingentem miratus fortunam, nec asperæ tristisque sorti adversabitur historicus. Mores antiquos, coloribus usus cujuscunque ævi ingenio accommodatis, depinget. Quæ expolitæ recentiorum culturæ parum congruunt hæud

continuis arguet vituperiis , neque tamen noxiis indulgebit erroribus. Denique ita lectoris animum flectet , ut viri , non maximo quidem splendore , sed eximia potius virtute , decori personam induat.

Tum varia , quæ secum præteriti temporis prudentia fert , commoda apparebunt ; tum sacer augustusque historiæ genius , modo in rostris , modo publicis in conventibus , modo in gravi providoque legislatorum concilio , modo in docto litteratorum coetu , modo in monumentis tumulisve , purus ubique et integer veritatis sacerdos , sapientiæ , rationis , experienciæque auctoritate , homines moderabitur.

**FINIS DISSERTATIONIS.**

**NOTÆ.**



# NOTÆ.

---

## NOTA I.

Historiæ utilitatem rationi qua tractetur esse subjectam, ejusdem vero formam, si quidem eorum quibus destinatur intelligentiæ accommodetur necesse est, variam multiplicemque esse debere, per se fit conspicuum. In brevi commentatione Athenæi Luciliburgensis curatoribus oblata, de modo quo, nostro judicio, in Gymnasis eam profiteri deceat, disseruimus. Quam Academicæ disputationis argumento intime sua natura conjunctam hic proferre lubet.

---

## RAPPORT

### SUR L'ENSEIGNEMENT DE L'HISTOIRE,

PRÉSENTÉ

*au Bureau d'administration de l'Athénée de Luxembourg,*

PAR LE PROFESSEUR D'HISTOIRE GÉNÉRALE.

De toutes les branches de l'enseignement, l'histoire est peut-être celle qui a donné lieu à la plus grande diversité d'opinions; les uns ont révoqué en doute son utilité; les autres, en la reconnaissant, et en s'accordant sur ce point fondamental, ont varié de principes, dès qu'ils sont descendus aux questions secondaires.

L'histoire doit-elle se borner à énoncer les faits, sans y ajouter d'observations; ou, exprimant avec force des vérités profondément senties, laisser apercevoir l'impression que le nar-

rateur reçoit des événemens ? Doit-elle présenter un tableau sommaire des faits, ou en détailler les circonstances avec exactitude et précision ? Doit-elle, en se pliant à l'esprit des différens siècles, emprunter pour les peindre les couleurs qui leur sont propres, ou, toujours satirique et sévère, imprimer une flétrissure à chaque préjugé et déverser le ridicule et le mépris sur des erreurs que le tems nous a dévoilées ? Parmi toutes ces idées qui semblent se heurter et se combattre, il n'en est aucune qui n'ait trouvé des partisans nombreux et éclairés ; il n'en est aucune qui n'ait été réalisée avec succès par des écrivains d'un mérite reconnu. C'est que toutes ont en effet leurs avantages particuliers ; toutes ont le droit de revendiquer une supériorité qui ne peut être que relative, et il n'est possible de se décider entre des genres si différens qu'en les mettant en rapport avec le but qu'on se propose d'atteindre. Le perfectionnement intellectuel et moral étant l'objet de l'enseignement public, c'est sur cette première donnée que nous établirons nos raisonnemens.

I. C'est la pensée qui, en saisissant les faits, les façonne à notre usage et leur donne l'utilité dont ils sont susceptibles. Ils ne deviennent les matériaux de notre expérience, que lorsque nous en voyons la liaison, l'enchaînement, les rapports réciproques et la manière dont ils sont, en quelque sorte, nés les uns des autres. En observant cette filiation et en appliquant avec justesse les lois de l'analogie, nous en déduisons des principes d'action fixes et constans. Les faits isolés peuvent exciter notre curiosité, ils ne peuvent ni nous diriger ni nous instruire ; c'est une matière première qui a besoin d'être élaborée : c'est le bloc de marbre qui peut se transformer en Minerve sous le ciseau du sculpteur. Un récit dépouillé d'observations ne convient donc qu'aux hommes qui, par un long

L'Historien doit-il se borner à énoncer les faits sans y ajouter d'observations ?

exercice de la réflexion , se sont habitués à saisir d'abord les rapports probables des choses , sans qu'il soit nécessaire de les leur indiquer comme réels. Il faut qu'une raison puissante , active , pénétrante , s'empare aussitôt des matériaux qui lui sont offerts , découvre la série cachée des causes et des effets et réunisse ces chaînons épars par sa propre force et son propre travail.

Dans les établissemens d'instruction publique , les élèves sont nécessairement fort éloignés de ce degré de perfection intellectuelle ; ainsi , le professeur doit , par un examen raisonné des événemens , provoquer leurs observations , soutenir et diriger leur activité. S'attachant surtout à étendre leurs vues et à former leur jugement , il leur fera envisager l'histoire comme une science féconde en applications , dont les faits ne sont que les premiers élémens ; il leur présentera ces faits comme des données précieuses qu'ils doivent recueillir avec soin et classer d'une manière analogique , pour en déduire des théories politiques et morales.

Loin de se laisser entraîner par un esprit dominateur , et de leur imposer ses opinions individuelles , convaincu que dans le domaine de la pensée le seul empire possible est celui de la persuasion , il les invitera à examiner , à analyser , à prononcer eux-mêmes ; mais attentif à leur en fournir les moyens , il les guidera sans les enchaîner. De simples faits pourraient rester stériles dans des esprits encore trop peu préparés ; il leur fera donc connaître son jugement , mais , au lieu de le leur dicter comme une loi , refoulant une vanité intolérante , il les engagera à en appeler à leur propre raison. Par là , il se mettra encore à l'abri du reproche également vague et commun de partialité. Il trouvera dans sa conviction son unique défense , et

il n'opposera que sa bonne foi à cette facile accusation, dont l'ignorance et la médiocrité font leur arme favorite. Nous ne connaissons les objets physiques que par leur action sur nos sens, Nous ne connaissons les faits que par leur action sur notre esprit. C'est un moule dans lequel ils se modifient inévitablement. Deux auteurs peuvent être également impartiaux, et porter sur le même objet des jugemens contradictoires. Exiger davantage, c'est vouloir qu'un peintre peigne sans couleurs, ou c'est s'ériger soi-même en juge suprême des opinions, et faire de ses propres principes la règle et la mesure des principes de tous les hommes.

II. C'est également par le but de l'éducation que nous déterminerons le plus ou le moins de développement qu'il convient de donner aux différentes parties de l'histoire.

Imprimer le mouvement aux esprits, y faire germer des idées nouvelles, fortifier l'amour du bien, tel est l'objet qu'il faut sans cesse avoir en vue.

L'Historien doit-il présenter un tableau sommaire des faits, ou en détailler avec soin toutes les circonstances.

Le cercle des connaissances humaines est aujourd'hui trop étendu pour qu'il soit permis d'attacher encore une grande importance à une fatigante érudition de noms altérés et de dates incertaines. Les jeunes gens ne feront donc pas de vains efforts pour éclaircir les obscures dynasties des rois de Lydie ; ils parleront peu de l'existence problématique des rois Assyriens, Mèdes, Babyloniens ou Ninivites ; mais ils auront des idées justes sur l'état de l'Asie ancienne, sur le degré de civilisation des peuples qui l'habitaient, sur les nombreuses révolutions dont elle a été le théâtre et sur les causes qui les ont amenées. Ils ignoreront les détails presque toujours inexacts des opérations militaires ; mais ils auront mûri leur jugement en interrogeant les législateurs, épuré leurs sentimens à l'école des sages. Le professeur croira toujours dire trop, lorsqu'il n'offrira de matériaux qu'à la mémoire ; il ne craindra jamais d'être prolix, lors-

qu'il exercera les diverses facultés, et qu'il fera envisager, sous tous leurs rapports, des événemens d'une importance majeure.

« In rebus magnis, memoriaque dignis, consilia primum, deinde  
 » acta, postea eventus expectantur : et de consilio significari  
 » quid scriptor probet. Et in rebus gestis declarari, non solum  
 » quid actum aut dictum sit, sed etiam quo modo; et cum de  
 » eventis dicatur, ut causæ explicentur omnes, vel casus, vel  
 » sapientiæ, vel temeritatis; hominumque ipsorum non solum  
 » res gestæ, sed etiam qui fama ac nomine excellent, de cujus-  
 » que vita atque natura. » ( *Cic, orat.* )

III. La fidélité historique demande-t-elle que le narrateur se transporte dans les siècles qu'il décrit, devienne, en quelque façon, le contemporain des hommes qu'il fait agir, et se soumette à l'influence des idées qui les dominaient, pour les juger comme ils devaient se juger eux-mêmes?

L'historien doit-il se reporter à l'esprit du siècle qu'il décrit, ou juger d'après la raison moderne, les actions et les idées d'un autre âge?

Si trop souvent, trompés par une espèce d'éblouissement, les historiens semblent demander à la fortune ce qui est juste et injuste, et n'avoir des éloges que pour le succès, quelquefois aussi une critique trop sévère pour être équitable, déprime, par une sorte d'esprit d'opposition, tout ce qu'on a coutume d'élever; condamnant avec la plus inflexible rigueur ce qui ne cadre point avec les idées actuelles, elle ne voit dans les hommes célèbres que les taches qui ont obscurci leur gloire, et ne craint point de les déshériter des suffrages unanimes des siècles précédens. C'est ainsi qu'un écrivain, dont le génie a embrassé le cercle entier des connaissances humaines, s'est efforcé d'arracher au héros du huitième siècle l'idée de grandeur attachée à son nom. Méprisant une illustration que mille années n'avaient fait qu'augmenter, il a voué à la haine la mémoire d'un barbare heureux. Qu'il est difficile cependant de descendre dans l'esprit des hommes qui remplissent les pages de l'histoire! Tous obéissaient aux idées de

leur siècle, et l'on peut dire que, dans nos injustes reproches, nous ne les accusons que d'être nés trop tôt.

On tâchera donc d'obtenir la vérité des tableaux, en se garantissant d'une admiration exagérée et d'un mépris peu raisonné. Sans tenir l'imagination dans un perpétuel état de revolte contre tout ce que la raison éclairée des modernes désapprouve, et sans se livrer, d'un autre côté, à la froide contemplation d'erreurs pernicieuses, on fera voir les vices et les vertus des différentes époques, en conservant aux récits la teinte des lieux, des tems et des circonstances.

Le mode d'enseignement que nous venons d'exposer n'est applicable qu'à des élèves assez perfectionnés. Quant à ceux des classes inférieures, nous sommes persuadés que l'histoire ne leur convient point. Rien n'importe davantage que de ne pas anticiper, et d'observer l'ordre le plus avantageux, en présentant aux jeunes gens les différens objets qui doivent successivement les occuper. Cet ordre décide de la réussite de leurs travaux littéraires; il réclame toute l'attention de celui qui les dirige.

. . . Jam nunc dicat jam nunc debentia dici,  
Pleraque differat et præsens in tempus omittat.

On reconnaît généralement que l'histoire, dans ses applications à la politique, aux sciences et aux arts, doit être bannie de l'enseignement élémentaire; ne peut-elle point s'y maintenir, sous le rapport de son utilité morale?

» Le seul genre d'histoire qui me paraisse convenir aux enfans, dit Volney, est le genre biographique, ou celui des vies d'hommes privés et publics; l'expérience a prouvé que cette sorte de lecture pratiquée dans les veillées, au sein des familles, produisait un effet puissant sur ces jeunes cerveaux, et excitait en eux ce désir d'imitation qui est un

» attribut physique de notre nature, et qui détermine le plus  
 » nos actions. »

Mais remarquons que la vie publique des hommes illustres forme une partie essentielle de leur histoire, et suppose des connaissances qui manquent à l'élève. D'un autre côté, si quelques traits de grandeur ou de dévouement rapportés à propos peuvent exercer une puissante influence, il ne faut pas faire de ces *traits* la matière d'un cours entier ; *l'abondance est indigeste*. Il est impossible d'éviter la monotonie, et la monotonie exclut toute émotion. (1) Si les grandes scènes de la nature, par leur continuelle répétition, n'excitent plus notre admiration, comment prétendrions nous, en dépit des désavantages évidens d'une régularité scolastique, produire tous les jours ces élans de l'âme qui, même chez les individus les mieux organisés, sont toujours rapides et peu fréquents ? Ajoutons encore que le professeur n'a pas l'avantage de pouvoir s'énoncer rapidement et de se servir, en s'abandonnant à une libre improvisation, des moyens qu'il peut posséder pour communiquer ce qu'il éprouve. Craignant sans cesse de n'être pas compris, sa pensée se traîne péniblement. Il faudrait connaître individuellement les élèves des classes inférieures pour apprécier la justesse de cette observation. Ce sont, en grande partie, des sujets, qui, par l'influence de leur première éducation, n'apportent dans les établissemens d'instruction publique que des facultés engourdies, et qui abandonnent, au bout d'un tems plus ou moins long, une carrière à laquelle il n'étaient point appelés.

Par l'épuration qui s'effectue à la fin de chaque année, les classes moyennes sont beaucoup mieux composées, et c'est là seulement que nous croyons utile d'entreprendre l'enseignement de l'histoire.

(1) En toute chose, l'habitude tue l'imagination. ( J. J. )

NOTA II.

Ea est Historiæ Geographiæque cognatio et veluti sodalitas, ut hic nonnulla, de diversis terræ partibus describendis, modo nominatæ commentationi jam mandata, notare, non abs re videatur.

---

DE L'ENSEIGNEMENT DE LA GÉOGRAPHIE.

(*Second extrait du Rapport précité.*)

Chaque branche de la géographie pourrait être l'objet d'un cours annuel. Forcé de se renfermer dans les bornes qui lui sont prescrites, le professeur s'attachera à donner aux jeunes gens des connaissances assez étendues pour qu'ils puissent continuer seuls l'étude de cette science.

Les élémens de géographie mathématique présenteront peu de difficultés, pourvu qu'on aille toujours du connu à l'inconnu, et qu'on veille attentivement à ce que l'élève n'ait que des idées nettes et précises. On ne lui fera point apprendre par cœur un traité de la sphère; s'il a saisi la théorie, les termes ne lui manqueront pas (il ne faut là ni recherche ni élégance); dans l'hypothèse contraire, il vaut mieux que son silence avertisse le professeur que l'explication n'a point été comprise.

Il en sera de même de la connaissance des lieux; vainement on fatigue l'élève en lui en faisant décrire exactement les limites. Il répète mécaniquement des sons auxquels il ne joint aucune idée.

Ce sont les yeux qui doivent étudier la situation respective des divers états, et le meilleur manuel est un atlas.



Nous avons mis en usage avec succès un moyen simple et facile. Il consiste à faire tracer aux jeunes gens des cartes partielles ou générales, d'abord d'après un modèle, et ensuite de mémoire. Si ces cartes ne peuvent être ni fort exactes ni fort détaillées, elles ont du moins l'avantage de fixer dans l'esprit, d'une manière presque ineffaçable, la forme des différents pays et la position des lieux qu'il importe le plus de connaître.

Mais l'étude de la géographie serait aride et rebutante, si elle n'embrassait que les objets qui viennent d'être indiqués. L'état physique d'une contrée, la qualité de son sol, la nature de ses productions, son agriculture, son commerce, son industrie, les lois, les mœurs et les coutumes de ses habitans, voilà des idées sur lesquelles s'exercera efficacement l'activité de l'élève. Cette activité n'existe qu'en puissance; il faut développer des ressources encore cachées, en multipliant les occasions de les employer (1). La lecture de quelques voyages écrits avec discernement conduira à ce résultat par une route aussi sûre qu'agréable. Les voyages, en offrant un nombre infini de points de comparaison, agrandissent l'imagination, affaiblissent les préjugés, et rendent la géographie attrayante, en en montrant l'utilité directe. Ils sont presque à cette science, ce que les excursions botaniques et minéralogiques sont à l'histoire naturelle, ce que les opérations sur le terrain sont aux mathématiques: D'un autre côté, ils peuvent être considérés comme un aperçu général sur l'état actuel des divers pays, et c'est une connaissance qui doit, selon nous, précéder l'étude de l'histoire. L'histoire donne la solution

(1) *Doctrina sed viam promovet insitam,  
Reclique cultus pectora roborant.* (HOR.)

de cette question : comment l'ordre existant a-t-il été établi? Or, pour suivre une marche régulière et analytique, il faut observer l'effet avant de remonter à la cause. C'est ainsi qu'on procède dans les sciences physiques et dans les sciences spéculatives, c'est ainsi qu'on doit procéder dans celles qui tiennent à la fois à la mémoire et au raisonnement. La connaissance de l'ordre existant fera naître dans l'esprit des jeunes gens un vif désir d'apprendre de quelle manière il a été établi, et ils saisiront avec avidité des récits devenus nécessaires à la classification de leurs idées déjà acquises. C'est une loi primordiale de notre esprit de rechercher l'origine de tout ce qui attire notre attention. Commençons donc par jeter les yeux autour de nous, puis, nous transportant dans l'antiquité, saisissons la chaîne des événemens qui, par leur féconde combinaison, ont produit les résultats dont nous sommes frappés, et, observant attentivement les migrations, les changemens, les révolutions qui ont eu lieu dans les différentes parties du globe, demandons aux siècles passés le secret des destinées présentes des peuples.

---

## THESES.

---

### I.

Spartanorum instituta nimis laudibus a plerisque historicis elata fuerunt, quæ tantis scilicet vitiis laborant, ut falsæ florem dignitatis justa refringere debeat historia.

### II.

Et si Græcos fanaticus barbarorum furor tenaciter urgeat, de eorum tamen rebus haud desperandum.

### III.

Discipulis qui in *superioribus* gymnasiorum *ordinibus* versantur, perutilis foret ephemeridum eorum intelligentiæ accommodatarum lectio.

### IV.

Prout ad industriam progressio fiet, bella sensim imminuentur.

### V.

Omnes *ideas* a sensibus originem ducere negamus.

### VI.

Celeberrimi Jacotot effata : « *Tout est dans tout. — Les intelligences sont égales* » falsa habemus.

### VII.

Et si effata hæc falsa sint, non idcirco *universæ disciplinæ commoda*, quæ maxima sunt, evertuntur.